



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmae Virtvtvm, Ac Vitiorvm , Tomus ...

Guilelmus <Peraldus>

Lvgdvni, 1585

De Magnanimitate. Pars IX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46132](#)

operando, ex modica nuce additione imperceptibili magnam
arborē efficere: & aquā quæ adeo mollis est, lapidem adeo du-
rum perseuerati percussione excanare. ¶ Quintus est, quod per-
seuerati virtutem operanti ministrat. Sen. Perseuerandū est, &
toliduo labore robur addendum est. ¶ Sextus, quod meretur ap-
prehendere præmium. i. ad Cor. 9. Vnus accipit brauium, scili-
er perseuerans. Bein. Perseuerantia est singularis filia summi
pis, virtutum finis & consummatio. Chry. Tolle perseueran-
tiam, nec obsequium mercede habet, nec beneficium grarias, nec
laudem fortitudo. Deniq; non qui incœperit, sed qui perseuer-
at, saluus erit. Idē: Incipere multorum est, finire paucorum:
semper in principio delectatio est, in fine probatio. Idē: A flueue-
nunt multi in initio feruētes esse, in fine remitti & dissolui: quæ
vilitas est seminum florentiū, & postea tabescientum? Greg. in
Moral. In cassum bonum agitur, si ante terminū vitæ deseratur:
quaenam frustra velociter currit qui priusquam ad metas veniat
erit. & sup illud Matt. 10. Qui perseuerauerit &c. dicit gl. Nō
cepisse vel fecisse, virtutis est: sed perficere. Vnde cauda hostiæ
natur offerri Leui. 3. Ornatus virtutū, est vestis usq; ad talos, si
perseuerantia fuerit. Sine ea vestis est inhonestè decurrata. Ulti-
mū līes perseuerantis plus videtur ei valere, quām quicunque
passefuerit. Si enim illa die defecisset, præcedentia perdidisset.

De Magnanimitate. PARS IX.

Magnanimitas quādoq; sumitur pro fortitudine. Et atten-
ditur non solum in aggrediendo terribilia, sed etiam in su-
mendo. Et pertinet ad eam nō solum aggressio arduorum, sed
etiam processus & consummatio eorum. Senec. in lib. de quatuor
virtutibus: Magnanimitas, quæ & fortitudo dicitur, si in isti ani-
mo tuo, cum magna fiducia viues. Quandoque magnanimitas
agitur terribilium spontanea & rationabilis aggressio: sic acci-
perit à Macrobio. ¶ Itē notandum quod homo magnanimus ter-
ribilia seu difficultia aggreditur propter cōmunem vilitatem, vel
propter honestatem, non propter cupiditatē vel glorię vanitatē:
sc̄ enim decet ut cupiditate vincatur, qui metu nō frāgitur. Tul-
le paulisper tā angustiā animi est, tamq; parui, quām amare diui-
tas. Macrobius. Virtutis fructū sapiēs in conscientia ponit, mi-
nus perfectus in gloria. Item ad magnanimum pertinet cauere
non solum timideitatē, sed etiam temeritatem. Non enim debet
homo absque causa offere se periculis. In adeundis periculis
timiari debemus medicorum consuetudinem. Illi enim leuiter
agötantes leuiter curant: grauioribus autem morbis ancipites

E

curationes adhibere coguntur. In tranquillo tempestatem operae dementis est, tempestate autem cum euenerit subuenire, sapientis. Poëta: Vis consilij expers, mole ruit sua, Senec.lib.de quiete virtutibus: Eris magnanimus. si pericula non appetas vita merarius, nec formides ut timidus. Tullius: Turpis fuga mortis, omni morte peior. Ad magnanimitatem pertinet, ardua operae apperere, & magnitudinem boni vel mali transitorij superare. Primus innuit Tullius. Te, inquit, animo excelsum natura induit. Audita de magnanimitate, tibi statim insedit oratio id est, intimè sedet vel placuit. Magnitudo boni transitorij superat contēnendo: magnitudo vero mali transitorij non timendo. Se in epistolis: Animus nunquam maior est, quam ubi aliena sepe & fecit sibi pacem nihil timendo, fecit sibi diuitias nihil cōspicendo. Idem in epistolis. Magni animi est magna cōtemnere ac medioeria malle, quam nimia. Illa enim vtilia vitalia sunt hæc eo quo superfluum nocent. Sic segetem nimia sternit viena, sic rami onere franguntur. Sic ad maturitatem non pervenire, mia fecunditas. Idem animis quoque euenerit, quos immoderantur licitas rupit, qua non tantum in aliorum iniuriam, sed etiam in suam iniuriam. Idem in eodem: Magnus ille est qui fistilibus virtutem, quemadmodum argento. Nec minor est quidem qui sic argento virtutem quædam modum fistilibus. Idem in eodem: Scirote tam bene homines culmo, quam auro tegi: cōtemnit omnia qua supererunt labor velut ornamentum aut decus posuit, memore pretermissum nihil esse mirabile, cui magno nihil est magnus. Idem in libro de Naturalib. questionibus: Magna ista, quia parui sumus, causamus multis rebus: non ex sua natura, sed ex humilitate nostrana gniitudo est. Idem in lib. de Clemētia: Magni animi est, intima in summa partē pari. Ad magnanimitatem pertinet intumescere vilipendere, & inimico cum est in potestate hominis patere & fraudes & dolos vitare, Sen. in lib. de quatuor Virt. Si magnanimus fueris, nunquam iudicabis tibi iniuria fieri. De inimicis dices, Non nocuit mihi, sed animus nocendi habuit. Cum illum in potestate tuam videris, vindictam putabis vindicare potuisse. Sed enim magnum & honestum vindictam esse genus, ignorare palam aggredere, non geres conflictum nisi indixeris. Nam fraudes & dolos imbecillū decent. Maguanitas videtur posse distinguiri in tres partes: scilicet in cordis altitudine, latitudine & longitudine. Cor altum est, quod in aduersis non deiicitur, sed eleuatur. Con exemplū habes in gallis, quorum crista eleuantur cum ira eos, pugnandū accēdit. Sene. in epistolis: Non est mirum in tranquillo

rem opere
re, sapientia
lib. de qui
petas vita
fuga moe
ardua open
ij superne
natura me
ratio idem
ij superne
nendo. Se
ena sepolc
nihil ope
t cōtem
alizat; in
nit vice
perennius
modermit
etia in fun
titur, que
gento vint
bene hom
superuenit
e praeferat.
Idem in ill
sum', colli
ce nostram
i est, intima
t intuiri a
minis pati
Virt. Si ma
De inimic
cum illumi
otuisse. Sc
oscere. Pal
audes & do
ingui in re
ngitudinen
uatur. Cu
m ita eos
n tranqui

rate non concurrunt: illud mirare, ibi extollit aliquis, ubi omnes deprimuntur: ibi stare, ubi omnes iaceant. Vel cor altum est, cor honoris tristioris despiciens. Cor verò latum est, cor despiciens magnitudinem diuiniarum. Sen. in episto. Ille ingentis animi est, qui diuitias circufusas sibi multum diuq; miratus quod ad se venerant, rident: suāsq; magis audit esse, quam sentit. Cordis longitudine est per quam vincitur tedium longæ expectationis, vel lóngitudo molestiae & laboris. Quidā sunt breues animo statim volētes quod feci desiderant, statimq; volētes transire quod molestum sustinēt: similes agricolis qui iactato semine, statim metere vellent.

De fiducia & Magnificentia, de descriptione virtusque, & de officiis magnificantie tam in pace quam in bello.

PARS X.

Sequitur de Fiducia & Magnificentia. Fiducia est certa spes animi producendi ad finē rem inchoatam. De fiducia bona vel mala, require in tractatu de Spe. Magnificentia verò quandoque dicitur negotiorum difficultum & præclarorum consummatio. Et sic sumitur à Macrobio. Quandoq; verò sic sumitur magnificantia, quod ad eā pertinet, nō solū consummatio præclarorum negotiorū, sed etiā inchoatio eorundem. Et sic sumitur à Tullio in 1. Rhet. Vnde sic describit eam: Magnificantia est regnum magnatū & excelsarū cum animi ampla quadā & splendida propria, cognitio atq; administratio. Nec loquitur de magnanimitate, imo sub magnificentia comprehendit eam.

¶ De officiis Magnificantie.

Distinguuntur verò officia magnificantie tam in pace quam in bello. In pace, secundū Platonem tria ad eam pertinent quantum ad prælatos. Primum est, ut sic utilitatem ciuium tucantur, ut quacunq; agunt, ad eā referant cōmodorum suorum oblitii. Secundum est, totum corpus ciuitatis curent, ne dum partem aliquam tucantur, reliquā deserant. Ut enim tutela, sic procuratio reipublicæ ad utilitatem eorū qui cōmissi sunt, nō eorū quibus cōmissa est, gerenda est. Hæc duo documenta Platonis recitat Tull. in lib. de Offi. Qui parti urbis cōsulunt, parte deserunt, pernicioſissimam seditionem in ciuitate inducūt. Tertiū est, ut contentione caueant. Dicit enim Plato similiter facere eos, qui inter se contendunt quinam potius ciuitatem administrent, ut si nautæ certarent tempore tempestatis, quis eorum potissimum gubernaret. ¶ Officia verò magnificantie in bello, nouem affigantur. Primum est, ea intentione suscipere bella, ut sine iniuria in pace vivatur. Aug. in lib. de Ciuitate Dei: cōstat pacem belli esse opribilem finē. Idem ad Bonifacium. Pacem debet habere vo-

Et 2